ACAD. GD. BAT. BIBL.

Copie genomen door den heer L. Delisle, Administrateur Général de la Bibliothèque Nationale à Paris, September 1903.
Geschenk van prof. D. J. Korteweg te Amsterdam, 15 Nov. 1903.

Nobilissime et amplissime domine,

Fratrem meum, praetorem Rurae mundanum, nuper humanitati tuae commendavi: an adfuerit, an litteras, et simul Circulum, quem scripsi, Urbanianum tradiderit, nescio. Hunc virum Justum Boucaertium, praepositum Aspricollensem, tanquam fratrem nomino: et hoc verbo totam hanc audeo scribendi libertatem excusare. Non debuit sane, qui jam Circulum dedit, sine litteris meis venire. Ut igitur benigne et familiariter eum audias rogo; imo ut apud excellentissimum principem, quantum fieri possit, juves. Ad gloriam majorem faciet, non armis tantum, sed etiam lenitate vincere. De animo vero serenissimae nostrae non fallet ille, quem jam vides; dicteriis, quae ut fide digna sunt, ita favorem merentur. In aula nostra eo semper loco fuit, ut quem una familiari affectu et dignatione complexa est, omnes aestimarent ac suspicerent: cum nosces

B. P. L. 885.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 885
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/715

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 885
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/715

virum pariter amabis. sed Wendelinum
nostrum nonne jam amas? Beneficium ostendit,
quod in me quoque cogita derivatum esse derivandum;
quod Boucartius acciplet. De me quoque aget
ut liberum deinceps iter, si ad circumvicina
loca me conferam, tuo favore impetrem; imo
ut te aliquando accedam et coram venerer.
Vale, nobilissime et amplissime domine.

Lovanii, in arce quam Palladis soleo
nominare, VI kalendas octobris M DC XXXII.

Virtutis, doctrinæ, famæ tuæ verus cultor.

ERYCIVS PUTEANVS.

Nobilissimo et amplissimo V. D. Constantino Hugenio,
equiti etc. ex cellentissimo Principi Auriaco a
consiliis et secretis. In Castris.

Original.
Musée Condé Papiers de Condé, série O, tome VII, fol. 97.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 885
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/715

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 885
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/715